

(23. Eadem pœna puniuntur componentes carmina, cautiones, et similia in detractio- nem famæ alicujus, l. *Lex Cornelia*, § final. et ibi *Glossa* in verbo *Epicheia*, et in verbo *Sive scripturam*, ff. *De injuriis*: Farinac., quæst. 103, n. 467 et seq., cum multis aliis a se citatis, Panimoll., decis. 12, adnot. 1, n. 30, et alii passim. (24. Item eadem pœna puniuntur eas cantiones cantantes, textu expresso in l. *Item apud Labeonem* § *Hæc autem*, ibi: *Vel cantant aliquid, quod pudorem alicujus lædat*, ff. *De injuriis*. Farinac., loc. cit., n. 468; Panimoll., loc. cit., n. 31, et alii.

(25. Eadem pœna puniuntur facientes libellum famosum contra mortuum, quia non est minor injuria, quæ infertur mortuo, quam vivo, l. 1, ff. *De his quæ ut indignis*. Ursaya, loc. c., n. 138, *Muta ad Pragm.*, tit. 40, *De pœna eden. famos. libell.*, n. 37, et alii. Et patet exemplo adducto supra sub n. 18, de quodam Cremonensi, qui fuit decapitatus ob malos versus, et similes cantilenas confectas contra Clementem VIII prædefunctum.

(26. Eadem, et majori pœna puniuntur, qui libellum famosum faciunt, non sub nomine suo, sed sub nomine alterius; ipsi enim magis delinquere videntur, cum alium, ad se excusandum, de hujusmodi crimine falso inculpare intendunt: l. *Lex Cornelia*, § *Si quis librum*, ibi: « Etiam si alterius nomine » et ibi *Glossa*, ff. *De injuriis*; Farinac., q. 103, n. 472; Panimoll., loc. cit., n. 27, et alii communiter.

(27. Eadem pœna puniuntur, qui faciunt cadere in terram libellum famosum, ad effectum ut publicetur. Hoc enim idem est, ac si illum publicasset, sive illum confecerint ipsi, sive ab aliis acceperint; l. 1, cod. *De famos. libell.* ibi: *Sed vim earum manifestaverint*, et ibi *Glossa*, Farinac. quæst. 103, n. 458 et sequent., cum aliis ibi citatis Panimoll., l. c., n. 26, et alii passim.

(28. Eadem pœna puniri possunt bibliopœ, et mercatores librorum, ementes, retinentes et vendentes libellos famosos; sunt enim causa, ut ab aliis legantur. Gargiæus *De libello famoso*, cap. 8, n. 50; Coler., decis. 154, n. 8 et seq.; Ursaya loc. cit., n. 139, et alii passim.

(29. Ex dispositione cit. constitutionis S. Pii V incipient. *Romani Pontificis providentia*, et constitutionis Gregorii XIII, relatis a Navarr. in *Summ. Bullar.*, p. II, com. 83, n. 1, appellatione libelli famosi continentur pariter, nedum, ut vulgo dicitur *li avvisi secreti*, ut plurimum continentes læsionem alterius famæ, in quibus constitutionibus contra illos conficietes imponitur pœna mortis; sed etiam pasquilli, vulgo *pasquinate*. Ursaya loc. cit., num. 147, cum aliis ibi adductis.

(30. Si famosus libellus respiciat statum alicujus religionis in communi, v. g. ordinis Prædicatorum, Minorum, Augustinensium, Carmelitarum, Societatis Jesu, et hujusmodi, ultra supradictas pœnas, auctor est ipso facto excommunicatus excommuni-

catione majori Papæ reservata, ut observat. Navarr. in *Summario Bullar.*, part. II, com. 83, n. 7; Ursaya, loc. cit., n. 143, ubi notat, quod in eadem excommunicationem non incurrit conficiens libellum famosum contra privatum religiosum, ejus personam tantum infamando, quia constitutiones Apostolicæ respiciunt favorem religionis in communi, non autem alicujus religiosi in particulari. Navarr. et Ursaya, l. c.; Medina, *De confess.*, l. I, c. 15, n. 35, et alii passim.

(31. Pœna libelli famosi habet locum etiam si quis in eo verum dixerit, l. II, cod. *De famoso libello*, ubi *Glossa* in verb. *Sane*, Oltrad., consil. 53, n. 2., vers. *Si per libellum*; Azor., in summ. *De famos. libell.*, n. 2, in fin.; Boss., t. *De injur.*, n. 4, post princip., vers. *Nec obstat*; Covarruv., *Variar. resol.* lib. I, c. 11, n. 6; circa med.; Panimoll., dec. 52, adnot. 2, n. 9, et alii adducti per Farinac. in *Praxi crimin.*, t. *De var. divers. crimin.*; qu. 101, n. 24 et 244, et aperte id disponitur in cit. constit. S. Pii V, incipient. *Romani Pontificis providentia*, et comprobatur Gauzzin. *De confiscat.* conclus. 13, ampliatur. 91, n. 2 et 4, ubi testatur dispositionem dictæ constitutionis S. Pii V esse in viridi observantia, et diversis casibus occursis, ita fuisse decisum, prout etiam refert Farinac. consil. 30, n. 109, t. I, et ex ipso Panimoll., d. 52, adnot. 2., n. 11, adducens diversa exempla.

(32. Non desunt tamen doctores tenentes contrarium, scilicet pœnam libelli famosi non habere locum, quando sunt vera in libello expressa. Sic multi apud Farinac., l. c., q. 104, n. 242 et seq.; Raynald., l. c., n. 24 et seq.; Fabian. Centolin., in *Adnot. ad consil. crimin.*, 30; Farinac., litt. V., ver. *Contrarium videtur voluisse*.

(33. Qui detraxerunt aliis libello famoso continente vel falsum crimen, vel verum occultum, ad quid teneantur? *Vide* verb. *Detractio*, art. 2, per tot., ubi salva proportione abunde dictum est de simili obligatione.

NOVÆ ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(34. Publicum judicium ex senatusconsulto redditum est ob libellum famosum; l. VI, ff. *De injur.*, cujus pœna capitis est l. unic. cod. *De famos. libell.*

(35. Non male vero nostri interpretes pœnam hanc capitis restrinxerunt ad famosum libellum, quo alicui obijciuntur gravia, et capitalia crimina ab eo, qui sævitie judicium, aut principis adreperere satagit. Absurdum namque foret ob quancunque contumeliam scripto factam imminere reo pœnam capitis. Confirmatur communis hæc sententia tum per verba mox cit. legis unice cod. *De famos. libell.*, tum per constitutiones, quæ sunt in codice Theodosiano sub eodem titulo. Potissimum vero vide 4, 5, 8 et 10.

(36. Puniunt imperatores Valentinianus et Valens eos quoque capite, qui libellum inventum non illico consumpserint, sed aliis sensum ejus manifestaverint. (37. Id sane

durum videtur. Sed restringenda verba ad eum sunt, qui contenta libello crimina effert dolo malo, ut periculum ex ea re capitis creet infamato.

(38. Quod qui fecit, cum eo non valde durrer agatur, si ea pœna afficiatur ipse, cujus spectaculo in alterius cervicem crudelem animum satiare voluit. (39. Cæterum si quis non dolo id faciat, sed *vicio linguæ, atque impotentia*, dum cognita tacere nescit, durissimum foret pœnam capitis *garrulitati* statuere. (40. Injuria enim sine dolo, atque affectu injuriandi nequaquam committitur, garrulitas autem non dolo, sed culpa est.

(41. Restat ut disseramus de pœna ejus,

LIBERALITAS.

Vid. verb. AVARITIA, n. 12.

LIBRI.

SUMMARIUM.

1. Sub pœna excommunicationis latæ sententiæ tenetur quisque suscipere pro sacris, et canonicis omnibus libros Novi et Veteris Testamenti a concilio Trident., sess. IV, in Decreto de canonicis scripturis enumeratos. — 2. Libros de rebus sacris sine nomine auctoris nullus imprimere potest, nec illos vendere, vel apud se retinere, nisi prius sint examinati et approbati ab ordinario sub pœna excommunicationis, et pecuniaria apposita a concilio Lateranensi et Tridentino. — 3. Regulares, ultra examinationem et approbationem hujusmodi, licentiam quoque a suis superioribus impetrare tenentur. — 4. Et utramque concessionem debent imprimi facere ad principium operis. — 5. Libros scriptos communicans, vel vulgans ante examen et approbationem, subijcitur pœnis, quibus et impressores: et eos habentes, vel legentes, nisi prodant auctores, pro auctoribus habebuntur. — 6. Librorum approbatio danda est in scriptis et gratis, sicut et examen est gratis faciendum. — 7. Libri non sunt imprimendi sine nomine auctoris, vel certi collegii. — 8. Libri imprimi non possunt Romæ absque licentia cardinalis vicarii, et magistri Sacri

(1. Libros Novi, et Veteris Testamenti a concilio Trident., sess. IV, in decr. *De canon. Script.* enumeratos, qui integros cum omnibus suis partibus, prout consueverunt legi in Ecclesia catholica, et habentur in veteri vulgata Latina editione, non suscipit pro sacris et canonicis, est excommunicatus. Conc. Trid., l. c.

(2. Libros de rebus sacris sine nomine auctoris nullus imprimat, vel imprimere faciat, et illos non vendat, vel apud se retineat, nisi prius sint examinati, et approbati ab ordinario, sub pœna excommunicationis et pecuniariæ apposita in canone concilii Lateranensis, sess. X, *De impressione librorum*, sub Leone X. Sic expresse concil. Trident. Decret. cit. sess. IV, in Decr. *De editione et usu sacrorum librorum*.

(3. Regulares, ultra examinationem, et approbationem hujusmodi, licentiam quoque a suis superioribus impetrare tenentur, recognitis per eos libris, juxta formam suarum ordinationum. Concil. Trident. loc. c. et sic habetur etiam in instructione Clemen-

qui non appetierit famoso libello vitam, et salutem alterius, sed famam tantummodo, atque existimationem. Nihil autem nominatum scriptum est, nisi quod damnatus ob carmen famosum fiat intestabilis; l. V, § *Si quis librum*, ff. *De injur.*, l. II, ff. *De testib.* Sed cum jurisconsultus dicat in d. l. V, si condemnatus sit, qui id fecit intestabilem ex lege esse juberi, satis indicat aliam fuisse pœnam, quæ sententia judicis infligeretur. Quæ cum prodita non sit, dicamus puniendum reum extra ordinem arbitrio judicis. Hæc de pœna famosi libelli de jure civili. Quod autem innovatum sit summorum Pontificum constitutionibus, indicat Auctor.

Palatii. — 9. Alibi vero imprimi non possunt absque licentia ordinarii et inquisitoris. — 10. Librarii, seu impressores imprimentes absque his licentiis incurrunt excommunicationem et pœnam amissionis librorum et centum ducatorum. — 11. Libri auctorum degentium in statu Ecclesiæ imprimi non possunt extra statum sine licentia card. vicar. et magistri Sacri Palatii (et extra), sine licentia Inquisitoris; aliter impressi ipso facto sint prohibiti, et aliæ pœnæ ab imprimente incurruntur. — 12. Libri de miraculis, gratis, beneficiis et aliis, quæ dicuntur accepta ope alicujus defuncti cum opinione sanctitatis, a Sede Apostolica non canonizati, nec beatificati, imprimi non possunt sine licentia Sedis Apostolicæ. — 13. Impressores et bibliopœ habentes libros lutheranos, aut aliorum hæreticorum, aut de hæresi suspectos, quas pœnas incurrant, nisi eos consignent inquisitoribus. — 14. Libri sine nomine typographi, vel loci impressionis, vendi non possunt sub pœna confiscationis librorum. — 15. Libros furto extrahere, seu subtrahere ex bibliothecis regularium est prohibitum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reservatæ. — 16. Referuntur ad hoc summarie variæ constitutiones Pontificæ, usque ad n. 33.

tis VIII, auctoritate regulis indicis adjecta § 2, *De impressione librorum*. (4. Ubi additur, quod « utramque concessionem, quæ appareat, ad principium operis imprimi faciant. »

(5. Libros scriptos communicans, vel vulgans ante examen et approbationem, subijcitur pœnis quibus et impressores. Et eos habentes, vel legentes, nisi prodant auctores, pro auctoribus habebuntur. Sic expresse conc. Trid., loc. cit.

(6. Librorum approbatio danda est in scriptis; atque ideo in fronte libri, vel scripti, vel impressi authentice appareat, idque totum, hoc est, et probatio, et examen, gratis fiat; sic expresse concil. Trid., loc. c.

(7. Libri non sunt imprimendi sine nomine auctoris, vel certi Collegii. Concil. Trid., loc. cit., et cit. Instruction. Clementis VIII, *De impressione librorum* § 1, ubi sic expresse habetur, ibi: « Nullus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen, et patriam præferat aucto-



ris. Quod si de auctore non constet, aut ob justam aliquam causam, tacito ejus nomine, episcopo et inquisitori liber edi posse videtur, nomen illius pro nomine auctoris describatur, qui librum examinaverit, atque approbaverit. In his vero generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis, aut exemplis, aut vocibus compilari solent, is qui laborem colligendi et compilandi suscepserit, pro auctore habeatur. » Hæc ibi.

8. Libri imprimi non possunt Romæ absque licentia cardinalis vicarii Papæ, et magistri Sacri Palatii. Leo X, constit. 12, incipient. *Inter sollicitudines*, quæ est concil. Lateran. V, sess. x, const. 3.

9. Alibi vero imprimi non possunt absque licentia ordinarii et inquisitoris hæreticæ pravitatis. Leo X. in cit. constit. incipient. *Inter sollicitudines*, et concil. Lateran. V, sess. x, et concil. Trid., sess. iv. in decreto *De editione et usu sacrarum librorum*.

10. Librarii, seu impressores imprimeutes absque his licentiis, incurrunt excommunicationem, et pœnam amissionis librorum, et centum ducatorum applicandorum fabricæ S. Petri Romæ. Leo X, cit. constit. incip. *Inter sollicitudines*, et concil. Lateranens. V, cit. sess. x.

11. Libri auctorum degentium in Statu Ecclesiæ, imprimi non possunt extra Statum sine licentia cardinalis vicarii, et magistri Sacri Palatii (et extra), sine licentia inquisitorum; aliter impressi ipso facto sunt prohibiti, et aliæ pœnæ ab imprimente incurruntur. Urban. VIII, constit. 50., incip. *Sanctissimus*.

12. Libri de miraculis, gratiis, beneficiis, et aliis, quæ dicuntur accepta ope alicujus defuncti cum opinione Sanctitatis a Sancta Sede Apostolica non canonizati, nec beatificati, imprimi non possunt sine licentia Sedis Apostolicæ. Urban. VIII, constit. 37, incip. *Sanctissimus*.

13. Impressores et bibliopolæ habentes libros Lutheranos, aut aliorum hæreticorum seu de hæresi suspectos, quas pœnas incurrant, nisi eos inquisitoribus tradant, aut consignent? Pius IV, constit. 76, incip. *Cum pro munere*, assignat.

14. Libri sine nomine typographi, vel loci impressionis vendi non possunt, sub pœna confiscationis librorum. (Concil. Mogunt. IV, cap. 99; conc. Coloniens. III, part. xii, c. 9.)

15. Libros furto extrahere, seu subtrahere ex bibliothecis regularium est prohibitum, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ papæ reservatæ, ut constat ex pluribus pontificiis constitutionibus pro variis religionibus diversis temporibus emanatis, quæ summarie hic subnectuntur, prout referuntur a Pittono in *Collectione Constitutionum Pontificiarum ad regulares*.

15. « 1568, 4 Novembris. Universis, et singulis personis ecclesiasticis sæcularibus et regularibus mandatur, ne ex Bibliothecis

ordinis S. Francisci, aut earum aliqua, librum aliquem, aut quinternum furto subtrahere quoquo modo præsumant, sub pœna excommunicationis, cujus absolutionem Romano Pontifici (excepto mortis articulo) reservat S. Pius V, in const. quæ incipit: *Cum sicut accepimus*, apud Flavium Cherubin. in *Compend. Bullar.*, tom. II, paginam 129, et refert etiam Roderic. in *Collect. privilegior. regular.* tom. II, bulla 17. »

17. « 1587, 3 Octobris. Minister ac commissarius generales, ministri provinciales, commissarii, guardiani, cæterique Fratres Minores de Observantia S. Francisci, aliæque omnes personæ ecclesiasticæ sæculares et regulares nullo prætextu audeant per se, vel alios amovere, vel amoveri facere de bibliothecis dicti ordinis libros ibidem existentes, quinterna, folia, nec res aliquas, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna (reservata Papæ absolutione) ipso facto incurrenda, neque consulere, vel alicui auxilium præstare præsumant, sub eadem pœna, nec non privationis vocis activæ et passivæ, ac inhabilitatis perpetuæ ad quælibet officia dictæ religionis obtinenda. Monasteriorum guardiani munus guardianatus non assumant, nisi prius in præsentia discretorum loci, in quo fuerit aliqua bibliotheca, subscripserint cum dictis discretis inventarium dictorum librorum, quod erit etiam a quolibet ministro provinciali, et dictæ provinciæ commissario singulis annis revidendum. Si prædicta non fuerint facta, guardianus et minister ac commissarius sint statim privati et inhabiles ad quævis officia. Sixtus V, apud Cherub., in *Bullar. Roman.*, tom. II, constit. 67, quæ incipit *Cum sicut*. » Vide P. Ubaldum Girald. a S. Cajetano in suis Notis, et Accessionibus ad P. Carolum Antonium Thesaurum in sua *De penis ecclesiasticis praxi*, verb. *Bibliotheca*, c. 1, pag. 82, editionis Patavinæ, an. 1761.

18. « 1593, 29 Maii. Amoventes, et subtrahentes ex bibliothecis ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo libros et monumenta, sive impressa, sive manuscripta, excommunicationis sententiæ ipso facto incurrendæ (a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi non possint), subjacent. Clemens VIII apud Cherubin., in *Bullar. Rom.*, t. III, constit. 24, quæ incipit: *Quæ ad tuendam*, § 1. »

19. « 1625, 13 Februarii. Interdicitur et prohibetur, ne de cætero quisquam quosvis libros, vel quinterna, aut folia sive manuscripta, sive impressa, bibliothecæ Genuensi ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Paula assignata, et assignanda quovis quæsito colore audeat ex dicta bibliotheca extrahere, vel removeantur, sub excommunicationis ac privationis vocis activæ et passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis. Urbanus VIII, apud Cherubin., in *Bullar. Rom.*, t. V, constit. 44, incipient. *Conservationi*, et refert etiam Peyrii. *De privileg.*

Regular., tom. II, constit. 4 ejusdem Pontif., pag. 1278. »

20. « 1626, 23 Martii. Nemo de cætero, quavis auctoritate fungens, libros, vel quinterna, seu folia, sive impressa, sive manuscripta bibliothecis domorum regularium ordinis Fratrum Prædicatorum hactenus donata, seu assignanda, ex eisdem bibliothecis, extrahere, seu ut extrahantur permittere, aut consentire, sub quovis prætextu, audeat, seu præsumat, sub excommunicationis, nec non privationis vocis activæ, et passivæ per contrafacientes eo ipso incurrendis pœnis, prout interdicit, et prohibet Urbanus VIII, apud Cherubin., in *Bullar. Rom.*, tom. IV, constit. 55, quæ incipit: *Cum sicut accepimus*. »

21. « 1628, 31 Octobris. Vicarius generalis, et Fratres Minimi pro tempore existentes Collegii S. Francisci de Paula ad Montes in Alma Urbe, et aliæ personæ quæcunque, tam sæculares, quam regulares nullas reliquias, nec libros, seu volumina, et scripta ab Ecclesia, et bibliotheca dicti collegii ullo modo amovere, transportare, distribuere, seu mutuo dare audeant, seu præsumant, sub excommunicationis eo ipso incurrendæ sententiæ. Urbanus VIII, apud Cherub., in *Bull. Rom.*, tom. IV, constit. 96, quæ incipit: *Justis et honestis*. »

22. « 1637, 13 Octobris. Nemo libros, aut quinterna, vel folia, sive impressa, sive manuscripta bibliothecis, aut paramenta, et ornamenta quæcunque ecclesiis Fratrum Minorum S. Francisci de observantia Recollectorum provinciæ Granatensis donata, vel donanda audeat, vel præsumat ex dictis bibliothecis, et ecclesiis respective extrahere, seu quibusvis aliis ecclesiis, et monasteriis, ac locis piis, aut personis commodare; sive ut extrahantur, seu commodentur permittere. Et hoc sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis, intendit, ac prohibet Urbanus VIII, in *Bullar. Rom.*, tom. V, constit. 235, quæ incipit: *Conservationi*. »

23. « 1638, 20 Julii. Interdicitur, et prohibetur sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ et passivæ pœnis per contrafacientes incurrendis, ne de cætero quisquam libros, vel quinterna, aut folia sive impressa, sive manuscripta ex bibliothecis Fratrum ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum extrahere, sive ut extrahantur permittere audeant, seu præsumant. Provincialibus tamen, et diffinitoribus dicti ordinis conjunctim procedentibus permittitur, ut per eorum syndicos possint libros inutiles cum aliis utilibus commutare; superioribus vero singularum hujusmodi domorum conceditur, ut dictos libros valeant extrahere pro usu prædicatorum ordinis; ac fratribus facultas tribuitur illos ad suas cellas deferendi, relictis tamen in bibliotheca nominibus suis, et librorum. Postquam autem dicti prædicatorum, et fratres illis usi fuerint, illico ad bibliothecas sub eisdem pœnis reportent. Urbanus VIII, in *Bullar. Roman.*, tom. V, constit. 249, quæ incipit: *Conservationi*. »

24. « 1642, 25 Martii. Nullus ex religione Discalceati ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo congregationis Hispaniæ audeat vel præsumat ex bibliothecis domorum regularium hujusmodi ordinis libros, vel quinterna, aut folia impressa, sive manuscripta extrahere, seu commodare, aut donare, sub excommunicationis majoris pœna, etiam a quovis sæculari, vel alterius religionis, seu congr. regulari, qui prædicta extraxerit, vel utenda acceperit, aut sibi retinuerit, ipso facto incurrenda. Urbanus VIII, in *Bullar. Rom.*, tom. V, constit. 302, quæ incipit: *Conservationi*. »

25. « 1643, 6 Februarii. Interdicitur, et prohibetur, ne de cætero quisquam libros, vel quinterna, aut folia sive impressa, sive manuscripta sub quovis prætextu et bibliothecis, et domibus regularibus Fratrum ordinis Eremitarum S. Augustini Discalceatorum extrahere, seu asportare, aut ut extrahantur, seu asportentur permittere, sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, audeat, seu præsumat. Urbanus VIII, in *Bullar. Rom.*, tom. V, constit. 319, quæ incipit: *Conservationi*. »

26. « 1643, 23 Decembr. Nullus sive generalis, sive provincialis minister, aut alius quivis superior ordinis Minorum S. Francisci Recollectorum, e sacristiis, et bibliothecis conventuum eorumdem Fratrum Recollectorum de provincia Granatensi audeat, vel præsumat ulla paramenta, et ornamenta ecclesiastica, aut libros, vel quinterna, vel folia amovere, aut cuiquam commodare in virtute sanctæ obedientiæ, etc., prout prohibet Urbanus VIII in *Bullar. Rom.*, tom. V, constit. 332, quæ incipit: *In his quæ*. »

27. « 1651, 27 Julii. Interdicitur et prohibetur, ne de cætero quisquam libros, quinterna, folia, aut scripturas tam impressa, quam manuscripta bibliothecis domorum Fratrum ordinis Minorum S. Francisci de observantia Reformatorum donata, vel donanda, quibusvis personis commodare, aut sub quovis quæsito colore et dictis bibliothecis, seu eorum aliqua extrahere, et asportare, seu ut commodentur, vel extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire præsumat, sub excommunicationis latæ sententiæ (reservata Papæ absolutione) ac privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis. Permittitur tamen dictarum domorum Fratrum verbum Dei prædicantibus, et studiis operam navantibus libros, quinterna et folia hujusmodi e dictis bibliothecis extrahere, et illis in eorum cellulis tantum uti; sed finito usu hujusmodi, illos, seu illa ad dictas bibliothecas respective sub eisdem pœnis referre teneantur. Innocentius X, in *Bullar. Roman.*, tom. V, constit. 47, quæ incipit: *Conservationi*. »

28. « 1656, 3 Julii. Sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, et passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, interdicitur et prohi-

betur, ne de cætero quispiam libros, aut scripturas, seu quinterna, vel folia tam impressa, quam manuscripta bibliothecis Fratrum ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum donata, vel donanda, quibusvis personis (præterquam Fratribus dicti ordinis, qui quidem libros a bibliothecis hujusmodi respectivè de superioris, seu bibliothecarii pro tempore existentis licentia extrahere, et eis pro communi conventuum hujusmodi, et particulari Fratrum dicti Ordinis usu in suis cellulis, Fratribus quoque ejusdem Ordinis verbum Dei prædicantibus, qui etiam extra suos conventus uti possint, sed finito usu hujusmodi ad dictas bibliothecas respectivè, sub prædictis pœnis subito reportare omnino debeant) commodare, aut sub quovis quæsito colore a dictis bibliothecis extrahere, et asportare, seu ut commodentur, aut extrahantur, et asportentur permittere, aut consentire audeat, seu præsumat. Alexander VII, in Bullar. Rom., tom. V, constit. 21, quæ incipit: *Conservationi*.

(29. « 1657, 2 Octobris. Universis et singulis personis ecclesiasticis, tam sæcularibus, quam regularibus, ac etiam laicis interdicitur, et prohibetur, ne sub quovis prætextu, per se, vel alios e bibliotheca Sancti Martini de Senis ordinis Eremitarum S. Augustini, libros, sive typis editos, sive manuscriptos, nec non picturas, et antiquitates extrahere, seu extrahi facere, vel ut extrahantur permittere audeant, seu præsumant, sub excommunicationis pœna latæ sententiæ (reservata Papæ absolute), et insuper quoad regulares, etiam privationis vocis activæ, et passivæ eo ipso incurrenda. Alexander VII, in Bullar. Rom., tom. V, constit. 43, incip. *Cum sicut*. »

(30. « 1658, 24 Septembris. Interdicitur, et prohibetur sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis vocis activæ, et

SUMMARIUM.

1. Libri prohibiti ex Indice sunt triplicis classis. — 2. Qui sint libri prohibiti in prima classe? — 3. Qui sint libri prohibiti in secunda classe? — 4. Qui sint libri prohibiti in tertia classe? — 5. Libri prohibiti in prima et secunda classe dupliciter differunt inter se, et assignatur talis differentia. — 6. Libri prohibiti in tertia classe, non ideo ponuntur in tertia et ultima classe, quasi sint minoris periculi, et malitiæ, adeoque minus prohibiti, ut male olim plures existimarunt. — 7. Unde ad evitandam confusionem, quam ob dictam malam intelligentiam pariebat recensita in tres classes librorum prohibitorum divisio, Novus librorum prohibitorum Index de mandato Alexand. VII fuit editus; retentis adhuc regulis prioris Indicis. — 8. Adducuntur regulæ Indicis. — 9. Alexander VII omnes pœnas, et censuras contra legentes, retinentes, etc. libros prohibitos hactenus latas, reduxit ad pœnas contentas in constitut. Pii IV, incip. *Dominici gregis*, super dicti Indicis Tridentini confirmatione edita. — 10. Pœnæ, et censuræ in dicta constit. Pii IV contentæ referuntur. — 11. Dicta constit. Pii IV, quos libros, et qua pœna eos percutiat? — 12. Legentes, tenentes, etc. libros prohibitos solum, quia sunt contra

passivæ pœnis per contrafacientes eo ipso incurrendis, ne quispiam libros, quinterna, scripturas publicas, et privatas, indulta, privilegia, tam impressa, quam manuscripta ex archiviis, et conventibus, ac bibliothecis Canonicorum Regularium congregationis S. Augustini in regno Portugalie existentibus extrahere, aut aliis commodare audeat, seu præsumat. Alexander VII, in Bullar. Rom., tom. V, constit. 56, quæ incipit: *Conservationi*.

(31. « 1708, 21 Novembris. Interdicitur et prohibetur, ne quispiam extrahat quomodolibet libros, chartas, et mobilia quæcumque ex bibliotheca monasterii SS. Fabiani, et Sebastiani extra muros Urbis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reservatæ, et quo ad regulares, etiam privationis vocis activæ, et passivæ. Clemens XI, constit. *Cum sicut dilectus*. »

(32. « 1713, 19 Maii. Interdicitur, et prohibetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reservatæ, et quo ad regulares, etiam privationis vocis activæ, et passivæ, ne quispiam extrahat libros, et quinterna bibliothecæ conventus S. Mariæ Majoris Tiburis ordinis Fratrum Minorum de observantia S. Francisci, extra ipsum conventum, absque auctoritate Apostolica. Clemens XI, constit. incipit. *Cum sicut dilectus*. »

(33. « 1720, 12 Julii. Interdicitur, et prohibetur sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Papæ reservatæ, et quo ad regulares, etiam privationis vocis activæ, et passivæ eo ipso absque alia declaratione incurrenda, ne quispiam præsumat extrahere, vel asportare libros, et scripturas ex publica bibliotheca nuper a Sanctitate Sua in conventu Fratrum ordinis Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum civitatis Urbinatensis instituta. Clemens XI, constit. incip. *Cum nos*. »

LIBRI PROHIBITI.

bonos mores, et hujusmodi, nullam incurrunt excommunicationem, sunt tamen denunciandi. — 13. Adducitur ad hoc constitutio Apostolica. — 14. Hinc qui assereret, posse in conscientia retineri libros prohibitos non ob hæresim, nec falsi dogmatis suspicionem, sed solum ob aliam causam, esset denunciandus, ut assertor propositionis temerariæ, et scandalosæ. — 15. Item denunciandus esset, qui assereret, quod libri non perpetuo prohibiti, sed donec expurgentur, possunt retineri usquequàm adhibita diligentia corrigantur; sicuti etiam denunciandi essent retinentes tales libros. — 16. Habentes libros quomodocumque prohibitos, non satisfaciunt illos comburendo, sed necessario eos deferre debent inquisitoribus. — 17. Unde libros prohibitos propria auctoritate comburentes, et ipsos non consignantes inquisitoribus, cum possunt sine gravi suo incommodo et periculo, peccant mortaliter. — 18. Non incurrunt autem excommunicationem, aliasque pœnas latas a Julio III et Pio IV, usque ad n. 21.—22. Qui consignant dictos libros prohibitos aliis habentibus licentiam illos legendi, non abdicantes a se dominium, sed tantum deponentes ad tempus, incurrunt excommunicationem. — 23. Econtra si illos ipsis tradant, abdicantes a se dominium, possessionem, licite faciunt, et religiosos, imo et alii sæculares

satisfaciunt, si tradant in locum sequestratum, ut in bibliothecis regularium, usque ad n. 24. Card. autem Petra sentit contrarium, et quidem tutius. — 25. Licentiæ legendi libros prohibitos non possunt hodie concedi, nisi a Summo Pontifice, et a sac. Congr. S. Officii, aut a specialiter deputatis ab ipsis. — 26. Unde eas concedere non possunt cardinales, episcopi, inquisitores, nec generales ordinum, imo nec ipsimet possunt tales libros prohibitos legere, nisi habeant specialem sibi concessam licentiam.

(1. Libri prohibiti ex Indice sunt triplicis classis. *Communis*, et patet ex ipsorum Indice jussu concilii Tridentini edito, et a Pio IV approbato in const. incipiente *Dominici gregis*. (2. Libri prohibiti in prima classe sunt illi, qui sunt damnati, seu prohibiti propter eorum auctores, quatenus ipsi sunt hæretici, aut de hæresi publice, et communiter suspecti; unde omnes istorum libri tam editi, quam edendi, de religione ex professo tractantes, quamvis de ea bene tractent, et nullam hæresim contineant, sunt prohibiti in prima classe, quia, ut expresse habet summarium, in cap. *Fraternitatis* 4, *De hæreticis*, ibi: « Damnato auctore, damnantur ejus scripturæ, et libri et opera. »

(3. Libri prohibiti in secunda classe sunt illi qui sunt prohibiti, non propter eorum auctores, qui sunt catholici, sed propter non sanam, et moribus fidelium repugnantem doctrinam; aut aliquam, quam incidenter continent hæresim, aut falsi dogmatis suspicionem.

(4. Libri prohibiti in tertia classe sunt illi qui sunt prohibiti propter ignotum nomen auctoris, et ob doctrinam quam continent malam, sive in genere *moris*, sive in genere *religionis*, sive in genere *fidei*.

(5. Libri prohibiti in prima, et secunda classe dupliciter differunt inter se. *Primo*, quia libri prohibiti in prima classe, sunt prohibiti principaliter propter eorum auctores, qui sunt hæretici, ideoque omnes eorum libri de religione tractantes, etiamsi sanam doctrinam contineant, sunt prohibiti. Libri vero prohibiti in secunda classe sunt prohibiti principaliter propter materiam pravam, quam continent, et non propter eorum auctores, qui sunt fideles Catholici. *Secundo*, quia libri prohibiti in prima classe, sunt prohibiti duplici excommunicatione, scilicet, et excommunicatione bullæ Cœnæ, et excommunicatione Indicis, et Pii V ex constitut. incipiente; *Dominici gregis*. Libri vero prohibiti in secunda classe sunt prohibiti sola excommunicatione Indicis, et Pii IV

(6. Libri prohibiti in tertia classe, non ideo in tertia, et ultima classe ponuntur, quasi sint minoris periculi, et malitiæ, adeoque minus prohibiti, ut olim plures etiam ex classicis doctoribus existimarunt, putantes, quod gravitas malitiæ, periculi, et consequenter prohibitionis, desumenda esset ex ordine classis, ita ut magis essent perniciosi, et prohibiti, qui in prima classe, minus qui in secunda, et multo minus qui in tertia classe. Nam contrarium a parte rei se habet, cum plures libri, ob ignotum auctorem, in tertia classe prohibiti, sint

— 27. Quot conditiones requirantur, et quæ ad incurr. excom. Papæ reservatam, quæ lata est in bulla Cœnæ, ad n. 58. — 39. Quinam veniant sub nomine *legentium* ad incurrendam censuram bullæ Cœnæ, ad n. 45. — 44. Quinam vero veniant sub nomine *retinentium*, ad n. 57. — 58. Et quinam sub nomine *imprintentium*, ad n. 65. — 64. Quinam denique sub nomine *defendentium*, ad n. 66. — 67. Alia ad rem, ad n. 71. — Sequitur Appendix, sive novus de librorum prohibitionem articulus.

multo perniciosiores, quam libri prohibiti in prima, et secunda classe, uti expresse dicit Alexander VII, in constitutione super observationem librorum prohibitorum, incipiente *Speculatores domus Israel*, ubi § 1 postquam dicit, quod « illa classium (trium scilicet supra specificatarum) distinctio plurimos non modo vulgares, sed etiam eruditos decipiebat, dum ex earum ordine confixionis gravitatem aestimabant, quasi severius actum semper videatur cum legentibus anteriorum, quam posteriorum classium librorum; quod tamen secus esse ex ipsa classium institutione a concil. Trident. facta colligi facile potest. » Addit prope finem: « Contingit ut plerique libri ignoti auctoris, qui tertiæ classi assignantur, multo pejores sint, quam in prima, aut secunda recensiti. »

(7. In qua constitutione dictus Pontifex, ad vitandam confusionem, quam pariebat recensita in tres classes librorum prohibitorum divisio, novum librorum prohibitorum Indicem fieri decrevit, in quo, ommissa illa trium classium distinctione, reponerentur ordine alphabetico non solum libri prioris Indicis, sed etiam illi, qui de novo in dies prohibiti fuerint. Quem Indicem, et successores Pontifices servari et continuari fecerunt usque in præsens; cum sola significatione illorum librorum, qui sunt primæ classis, utpote speciali nota digni, per ly 1 *Cl.* ad denotandum, quod libri in hoc novo indice tali signo notati, sunt prohibiti in prima classe. Quoad regulas autem generales nihil a dicto Pontifice in tali constitutione fuit immutatum; immo easdemmet veteris Indicis strictè observari præcipit, et adhuc in præsentiarum adamussim observantur, et ad hunc finem in novo Indice reponuntur, cum quibusdam observationibus Clem. VIII ad regulam decimam, quæ, ut ab omnibus tali novo Indice carentibus in promptu habeantur, hic ad litteram dantur, prout ibi continentur una cum ipsis regulis.

(8. REGULÆ INDICIS

Sacrosanctæ synodi Tridentinæ jussu editæ.

REGULA I.

Libri omnes, quos ante an. 1515, aut Summi Pontifices, aut concilia œcumenica damnarunt, et in hoc Indice non sunt eodem modo damnati, esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

REGULA II.

Hæresiarcharum libri, tam eorum, qui post prædictum annum hæreses invenerunt, vel suscitaverunt, quam qui hæreticorum ca-